



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vita Et Doctrina Christi Domini**

**More, Henry**

**Antverpiae, 1649**

LXX. Gentiles cupiunt videre Christum. Ioan. 12. 20.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

## LXX.

Gentiles cupiunt videre Christum.

Ioan. 12. 20.

1. ERANT autem quidam gentiles ex his qui ascenderant ut orarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum dicentes, Domine, volumus IESVM videre. Venit Philippus & dicit Andrea: Andreas rursus & Philippus dixerunt Iesu: Iesus autem respondit eis dicens, Venit hora ut clarificetur filius hominis. Sed antequam intret plenitudo gentium granum quod de Cœlo in terram descendit mori debet, & qui mortis eius volunt esse participes, & ipsi sibi mori debent & mundo; non tamen sine præmio, ideo sequitur,

2. Amen, amen dico vobis, Nisi granum In festo S.  
frumenti, cadens in terram, mortuum fue- Laurentij.  
rit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: si quis mihi ministrat,  
me

584 DOCTRINA ET MIRACULA

me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit; si quis mihi ministraverit, honorificabit illum Pater meus. Bern.

Bern. s. 15.  
in Cant.

"Moriatur igitur granum, surgat gentium seges; quatenus ab vno nomine quod est Christus, millia millium credentium Christiani dicantur, & dicant, Oleum effusum nomen tuum.

3. Nunc turbata est anima mea: & quid dicam? Pater salva me ex hac hora: sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo, dicens, Et clarificavi & iterum clarificabo. Turba ergo quae stabat, & audierat, dicebat, quia Tonitruum factum est: Alij dicebant, Angelus ei locutus est; Respondit IESVS, Non propter me haec vox venit, sed propter vos. Augustinus & Beda, "Sequi iubes animam meam; sed turbari video animam tuam: quale fundamentum quæram si petra succumbit? Agnosco misericordiam tuam Domine, nam qui Charitatis voluntate turbaris, infirmos ne desperando pereant consolaris. Audisti ad te vocem fortitudinis meæ, audisti in me vocem infirmitatis tuæ; vires suggero ut curras, nec repri-

August.

reprimis quod acceleras, sed transfere in me quod trepidas, & sub stereo quo transeas.)

LXXI.

De Christi Exaltatione in Cruce.

In festo Exaltationis.

Ioan. 12. 31.

1. **N**unc iudicium est mundi; nunc Princeps huius mundi eicietur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba, Nos audiimus ex lege quia Christus manet in aeternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? quis est iste filius hominis? August. "Unde missus est foras? Extra corda credentium misso inuasore habitat Redemptor: Iam forinsecus oppugnat, sed ille non consentit cui Deus intus loquitur.)" O Admirabilis potentia Crucis! & ineffabilis gloria passionis! in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi, &c.)

Aug. tr. 4. in ep. Ioan.

Leo s. 8. de Pass.

2. Dicit ergo eis IESVS: Adhuc modicum, lumen est in vobis: Ambulate dum lucem